

lax. carcerat. in c. de fuga incarcerati, & ibi quomodo co-
 81 gnoscatur si reus recesserit animo fugiendi, & non reuertenti,
 82 & an sit necessarium citare fugiuum ad sententiam, idem Ghrl. in d. c. de fuga, nu. 13. ibi tenet esse magis tutum, quod sic. Ad omnia, & quibus penis sunt puniendi fugientes de carceribus, vel de palatio, etiam si reperiuntur innocentes, & an sint citandi, vide plenissime in d. decisio. Boer. 215. & Menoch. de arbit. iudic. cas. 301.
 86 ubi dicit etiam, quod carceratus, qui iam exibat, & interim fuit captus, & perfecte auferretur, ac si perfectè auferretur, & Bertaz. consil. 35. vol. 1. ubi etiam de opem ferēte, & instigante ad fractionem carceris, & quid de carcerato sub solis cū pedibus, & quando fuga faciat haberi fugientem pro confessio, vide Due. regul. 392. ubi multas ponit ampliat. & limitationes & Mascard. in tract. de probat. conclus. 820. volum. 2. & quando auferretur fractus carceribus in conclus. 266. vol. 1. ubi latissime, & ibi n. 3. dicit,
 88 quod contra fugientem potest ferri sententia tunc licet absente, ac si verè in iudicio delictum confessus fuisset, & quod fugiens
 89 de domo iudicantis, vel habeans sub precepto pro carcere palatium, domum, vel ciuitatem, teneatur pena frangenti carcerem, vide Bertaz. consil. 35. num. 3. & Curt. sen. in l. admonendi, num. 675. ff. de iur. iur. Gram. d. consil. 57. Beu. consil. 44. num. 36. Viu. comm. opin. in ver. fugiens, & Mascard. de prob. in verb. carceratus conclus. 266. num. 19. & decis. Lucens. 90. num. 5. ubi dicit veriore opinionem esse, quod statutum puniens fugientem à carceribus publicis comprehendit fugientem à Camera, tunc vel Palatio pro carcere à iudice assignato, & de eo, qui aufugit de thalamo, in quo
 91 erat sequestratus, tunc vide Beret. consil. 95. num. 6. & consil. 24. num. 2. ubi tenet, quod habetur pro confessio.
 92 Item adde, quod non solum illi tunc dicuntur frangere carceres, qui illis fractis ab eis auferunt, sed etiam illi, qui à iudicibus iussi ad eos non se conferunt, ita affirmat Jacob. de Beluis. in sua pract. crim. in tit. de inquisit. nu. 56. quem sequitur Anton. Scap. in tract. iuris non scrip. lib. 5. cap. 54. n. 6. sed ad omnia prædicta, quibus penis puniuntur carcerum fra-
 93 ctiores, & quibus casibus habeantur tunc pro confessio, vide omnino nouissime per D. Farin. quaest. crimin. in q. 30. ubi magis late, quam alibi.
 * Item adde, quod uassallus fugiens à carceribus Baronum, & recta uia accedens in magnam Curiam Vicariae, uel ad Baronem, non tenetur de fracto carcere, per tex. in lege si quis s. item apud Labconem ff. de edict. adito, idem est in eo, qui aufugit causa deprecandi Baronem per medium aliquorum lege bouem s. qui animum ff. eod. tit. Inn. in cap. ueniens, de renunt. & Ioan. Vincent. de

Ana. Neapol. in repet. cap. 1. de uassallo de rep. etat. ubi dicit, quod cum quidam uassallus uilissimi Federici Carrasæ auferret, & accessisset ad Magnam Curiam, dum molestaretur de fracto carcere per sacrum Regium Consil. fuit remissus ad Baronem suum, ut procederet in causa de iustitia, circa poenam fracti carceris, & ad hoc, quod fugiens fractis carceribus, ut iret ad superiorem, non puniatur, vide etiam Boer. decis. 215. nu. 28. Gram. not. 39. nu. 12. Io. de Amicis, consil. 7. num. 20. & Petr. Aduen. reg. 393. limit. 3.
 Item adde, quod si fugiens à carceribus tunc sponte, & etiam citatus reuertus fuerit, tolluntur omnia, quae ex fuga praecedent contra eum orta fuissent, Plor. in l. si quando, §. 30. n. 3. f. 200. C. vnde vi. Baiard.
 x Nam si quis post fugam. Et est ratio, quare uertus non dicitur fugisse, prout uenisse non dicitur, qui non stetit, Marf. d. rubr. de fideiuss. num. 372. cum seq. Menoch. d. tract. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 301. n. 12. An autem si quis à duro carcere relaxatus sit, eidem assignata propria domo uel aliquo hospitio, siue etiam tota ciuitate pro carcere, aufugit, & uocatus non ueniat, dicatur indicatus per hoc? Dic. q. sic, ac si à public. carcere fugisset. Boer. decis. 215. nu. 15. Menoch. de arbit. iud. cas. 301. nu. 7. cum seq. Drogh.
 95 y Quinimò secundum aliquos.] Adde, quod immò ista opinio est reuolucio secundum Lud. Peguer. in q. crim. c. 1. & ibi attestatur, quod ita decisum fuit in Regio Consil. Cathalonæ, & arbitror opinionem suam esse uerissimam.
 Item adde, quod utcumque procedat praemissa negari non potest, quin tunc fuga regulariter faciat in criminalibus iudiciis, secundum Bartolum, in l. fin. ff. de quaest. consilio 70. numero 23. Baiard.
 z Scias autem.] Quid si iniuste carceratus fuit. Farin. ibi nu. 61. & seqq. pluribus: & idem de eximente carceratum, de auxiliatoribus, & de alijs, quid de exemptione de confessio, aut conuictio, aut condemnatio, num. 101. & seqq. & de eximente debitorem, & detentum, q. 31. nu. 64. & 67. & q. 32. Item de eximente seipsum. ibid. num. 22. Ros.
 a Sed quando fuit indebitè.] Adde, quod contrarium esset
 97 in auxiliatore tunc ad fugiendum, qui ueniret puniendus, ut auxiliatoris audacia reprimetur, licet principalis non teneatur, Marf. in pract. §. attingam, num. 38. & Menoch. de arbit. cas. 301. num. 16.
 98 Item adde, quod promittens tunc de tuto carcere pro aliquo indebitè carcerato, si aufugit, ad poenam promissam tenebitur secundum Rimina. d. iun. in consil. 82. numero primo, & 16. uolum. 2. inter consil. crim. diuers. & consil. 135. numero primo, & 21. uolum. 2. Contrarium autem tenuit Farin. uariar. quaest. in quaest. 30. numero 61. cum multis sequent. ubi late hanc quaestionem tractauit, sed tunc ego dubito, quod eius opinio in practica non posset obtineri. Quinimò sapè uidi huiusmodi exceptiones rejici, & fideiussores condemnari, adesset nempè contemptus iudicis, & hoc negari non potest,
 99

test, cuius ratione prætoriae stipulationes semper debentur, quando illis per partes contractum fuit, ad tradita per Vulpell. in consil. 39. tanto magis, quod pro actu Iudicis praesumendum est in cap. in praesentia de renunciat. & ad cognoscendum, an carceratio fuerit iusta, vel iniusta, opus esset publicari iudicij, & informationes contra reum cotumacem existentes, quod minime fieri debet, ut per Clarum infra in quaest. 49. versic. scias tamen, confert etiam multum, quod materia infirmationum, & capturae est quasi arbitraria Iudicij, & hodie seruat in delictis grauib, quod plerumque iudices, antequam indicia in scriptis redigantur, faciunt eos detineri, & bene faciunt, quando adest suspicio fugae, ita tradit Clarus infra in quaest. 28. vers. scias autem, quod fit, ut si detentus aufugerit, antequam informationes redactae essent in scriptis, captura esset nulla, quia post fugam non posset iustificari in praedictum fideiussoris. Nec repugnat, si diceretur, quod sit principalis iniuste carceratus aufugerit ad aliquam penam non teneatur, ergo multo minus fideiussor, cum in durior conditionem obligari non possit, Grace. §. illud. ff. de fideiuss. Nam respondetur, hoc uerum non esse, ubi uerumtum fideiussori accesserit, cuius uirtute fideiussor tanquam principalis tenebitur, Abb. & communiter Doctores in cap. cum cotingat, de iur. iur. & ibi Alciat. nu. 173. Ang. in l. his, qui accessiones, ff. de fideiussor. Rom. in l. 1. §. si quaestita, ff. de verb. oblig. & Alex. in consil. 30. vol. 4. caueant igitur fideiussores, ne carcerati, pro quibus de tuto carcere fideiusserunt, aufugiant, quia cogentur ad soluendum fideiussorem uique ad minimum quadrantè, si alia excusationem non habent.
 b Non puniuntur.] Adde, ut per Iac. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 501. nu. 24. & per pract. Carrer. ubi supra, qui in fin. vers. quod tamen subiungit, quod non solum fugiendo non habetur pro confessio, immò tunc licet occidere custodes carceris impunè, & numero 217. quod non dicitur rumpere fideiussorem de securo carcere. Item de illo, qui aufugit timens laetitiam iudicis minantis, & metum inferentis, vel quia solutus erat de facto procedere. Idem si dolo iudicis. Giach.
 c Neque tenetur redire.] Adde, quod nec etiam peccat
 100 secundum Nauarr. in Manuali confess. cap. 12. numero 18. fol. 102. tom. 1. Baiard.
 d Qui aufugit.] Farin. ubi sup. nu. 149. & seq. Ros.
 e Viu. lib. 1.] Iterum Viu. opin. 119. & seq. ubi late, & Farin. num. 160. Ros.
 101 f Scias etiam quod si carcerati aufugiant.] Adde, tunc quod iudicis arbitrio puniri debent, Boer. decis. 215. numero 15. Menoch. de arbit. iudic. cas. 301. num. 3. Bert. consil. 44. numero 35. & 36. Gomes. consil. 105. & si quis promiserit, quod non aufugeret tunc tenetur etiam quod custodia aufugit Iulij Clari Sent. Pract. Crim.

gisset. Boff. in tit. de carc. fideiuss. commit. nu. 62. Rim. iun. in consil. 135. nu. 27. vol. 1. & Bertaz. in consil. 80. nu. 12.
 103 Item adde, tunc quod carceratus sub fideiussione de non discedendo de aliquo loco, si aufugerit, fideiussor tenebitur etiam quod custos carceris ei dixisset, quod poterat discedere, quia licentiam à iudice habuerat, Rim. iun. in consil. 82. volum. 2. inter consil. crim. diuers. & plenius in consil. 135. vol. 2. suorum consiliorum, ubi in fin. ulterius tenet, quod si quis fuerit carceratus in quorem fidei, non sufficit licentia discedendi, habita ab ipso iudice, sed requiritur etiam consentus ipsius fidei: sed contra Rimin. consuluit Bertazzol. consil. 89. 257. & 241. sed D. Farin. contrarium tenet in q. 30. num. 177. Verum si sub dictis uerbis cultoidis non aufugisset, sed de loco sibi assignato tantum recessisset, & tandem ad dictum locum reuertus fuisset, tunc fideiussor non teneatur secundum Bertaz. in consil. 85. sed cauti iudices faciunt promittere, & stipulari, quod non discederit sine licentia iudicis in scriptis obtenta, & quae potuit infra q. 26. verticul. quero, quae debeat esse, ubi item adde, quod fideiussor primus. Giach.
 g Sed tantummodo tenentur.] Plot. in l. si quando, §. 53. nu. 8. C. vnde vi. Coman. consil. 100. Farin. ubi sup. num. 5. & sequentibus, & quid de reuolucio, num. 148. & seq. Ros.
 104 h Scias etiam quod si talis fugiens.] Adde, quod licet recedens breui reuolucio pena fracti carceris non teneatur, alia tamen poena pro carceris exitu tenetur, Boer. in decis. 215. nu. 19. & Vulpell. in consil. 139. nu. 17.
 105 Item, adde tunc quod recedens à carceribus non evitat poenam conuenientem de non discedendo, etiam quod si tunc sit reuolucio, secundum Vulpell. in consil. 135. per totum; contrarium tamen uidetur tenere Farinac. var. quaest. in q. 30. numero 70. cum sequent. ubi dicit, quod in uibe uis fieri compositionem cum fideiussore pro medietate, & quod uis absoluit fideiussorem, & concludit, quod ipse nunquam condemnauit fideiussorem ad totam poenam, sed ad dimidietatem, quae opinio mihi multum placet, & ibi etiam dicit, quod licet carceratus, qui reuolucio est anquam fugitiuus, & fractor carceris non sit puniendus, tamè de eius temeritate im-punitus non dimittitur, & ita tenuit etiam Caccialup. in tractatu de debitor suspecto, q. 1. nu. 2. Giach.
 i Punientur.] Adde, ut per Iacobum Menochium, ubi supra numero 12. An autem aufugiens fractis compediibus, & carcere, etiam absque conspiracyone teneatur de fractoribus, & qua poena, vide per Carrer. in pract. crimin. relatiuè pagin. 89. columna secunda, ubi si attentauerit fugere, quod ex hoc fuit positus ad torturam, ex quo conspauerunt, & non aufugerunt, quia detecti, & non potuerunt aufugere: quae bene notanda esse dicit, quia quotidiana, & solent in facto contingere. Giach.
 K Præterea etiam.] Farin. d. q. 48. nu. 81. & seqq. Ros. Prae-
 Z

1 *Præterea etiam.*] In officiali verò inquisito de barataria, qui si aufugiat, habetur pro confesso, an condemnari possit, vide per Carer. vbi supra, ante numerum 118. qui limitat procedere, nisi reuertatur: nam eo casu requiruntur plenæ probationes. *Giach.*

Præterea etiam potest poni exemplum.] Adde quòd Officialis, qui au- 106 git, spontè, & citò re- uersus fuit, etiam si ci- tatus esset, & a carceri- bus aufugisset, tollun- tur omnia indicia, quæ ex fuga præcedente con- tra eum fuisset orta. Bart. in libro quis sit fugiti- uus, §. 1. ff. de edil. æ- 107 dic. nec potest iurari in litem contra ipsum, nec in supplementum probationis vigore dictæ fugæ, sed requiruntur plenæ probationes, ita plenè tradit Plot. in libro si quando, C. vnde vi. §. 30. nu. 3. fol. 200. & ibi, nu. 4. dicit, quòd cõtra of- ficialem fugientem non potest iurari in litem, si contra eum ageretur criminè ad penam corporalem, siue duplici: & fuga officialis quam probationem contra ipsum faciat, & 108 quando; vide omnino Marchard. de probat. concl. 821. & conclusione 468. numer. 8. cum sequen. & contra eum vti criminolium terri potest sententia etiam vtiq; ad mortem, Franc. decif. 459. vol. 3.

Item, adde, quòd discedens à loco sibi assignato cum fide- iullione de non discedendo ob aliquam iustam causam, & ac- 109 cedens ad superiorem, non tenetur, quia non dicitur con- travenisse; Hercul. in tract. de non offendendo cap. 30. nu. 21. & Boss. in tit. de carcer. fideiuss. commit. numer. 45. vbi dicit idem esse, si fugiat ad amicum Domini pro auxilio impetrando, sed si discesserit sine causa, vel cum causa iniusta, tunc licet aufugisse non dicatur, quia ad superiorem conuolauit. l. quis sit fugitiuus, §. idem probat Vinnius, ff. de edil. edicto puniti 110 tamen debet aliqua pœna leuior pro carceris exitu, & teme- ritate, qua vsus est in discedendo sine licentia iudicis, vt tenet Caccial. in tract. de debit. suspect. quæst. 1. numer. 3. & etiam ad penam conuentionalem; nisi quando sumus in casu, in quo recurus, & applicatio ad superiorem erat iusta, & de iure denegari non poterat, vt per Hercul. vbi supra, & per Farin. quæstione crimin. in quæstione 30. numer. 171. cum sequentibus vbi etiam habetur de clauitula, quando promissum est non discedere sub quouis prætextu, etiam recurus ad superiorem, qui iudicio meo nullo modo impediri potest, & credo, quòd dicta clauitula patum, aut nihil operatur, sed quòd tantummodo sit considerandum, an iusta causa discesserit.

111 Item adde, quòd iste terminus quinquaginta dierum non est in viù, quia in multis locis adiunt statuta, quibus iudica- tum terminus præfigitur, & quia etiam syndicatores, arbitrio suo tempus præfigunt, vt per Carau. in titu. 295. numero 295. vbi latè, an per syndicatores terminus statutus of- ficialibus ad standum syndicati breuiari possit.

112 Item adde, quòd officiales non tenentur assistere syndicati de persona, quando non habent querelas criminales, sed tan- tum civiles, vel criminales ciuilitè intentatas, cum possit relicto procuratore recedere, libro 1. §. quod si intra C. vt omnes iudices, elapso tamen tempore statuto ad dandum querelas, vt dicit tex. in dicto libro in princ. & Io. de Amicis in consilio 139. numero 12. in fine, & Io. Anton. de Nigr. in cap. 132. numero. 46.

113 Item adde, quòd officialis assumptus ad aliud officium potest discedere, & per procuratorem syndicatum face- re, quando vocatur a Principe, nisi ipse procurasset causa

subterfugendi syndicatum, vel ad eius postulationem obtinuerit, Paru. in tract. de synd. in verficu. Procurator, col. 2. Io. Ant. de Nigr. in c. 132. nu. 47. & Asslic. in consil. Regni incip. occupatus circa finem. *Bauar.*

1 Non sicut per quinquaginta dies.] Adde infra quæst. 51. verfic. hoc etiam, quòd tamen non seruatur, nisi in statu Mediolani, cum alibi; saltem in Lombar- dia syndicatus non sint ita rigorosi. *Drog.*

Inimicitia vicens inter of- fensum, & eum, qui est de de- licto suspectus, si quidè orta est ex causa leui, non facit in- ducium; si vero ex graui, & capitali, tunc ex ea resultat iudicium etiam ad torturam Et dicit Nouel. in præf. cri. fol. 60. num. 3. quòd cum ista opinione pertransiunt serè omnes Doctores. Et quòd ex inimicitia leui non oriatur iudicium, dicit esse commu- nem opi. Plotus in repet. l. si quando, nu. 880. in fi. C. vnde vi. *Quæ autem dicatur capi-*

Fel. in c. afferte. de præsump. Contrarium tñ tenet Aug. Arimin. in addit. ad Ang. de malefic. in verb. fama publica. vbi concludit iudicium inimicitia non concurrentibus alijs conie- cturis, non sufficere ad torturam. *Guiot.*

Inimicitia.] Farin. volum. 2. quæst. 49. & quæst. 43. nu. 168. sub tit. de indic. sed quæ dicatur inimicitia capitalis, vel non, latè idem Farin. d. quæst. 49. numero 7. & sequ. vsque ad 87. vbi tradit. 20. conclusiones. *Rof.*

114 Inimicitia viget inter offensum, & c.] Adde, quòd ex iuris præ- sumptione præsumitur inter litigantes inimicitia capitalis, Gram. in dec. 33. numer. 6. & ibi etiã habetur, quòd sufficit probare causam odij, & inimicitia, licet odij non offédatur, 115 & etiam inimicitia contrahitur inter litigatem, & aduocatũ sibi contrarium, P'anc. in tract. de indic. numer. 242.

116 Item adde, quòd cautio de non offendendo tollit suspicio- nis iudicium, vt per Guglielm. Deugar. in suo tra. de securit. quem Bertac. allegat in suo Reper. in verbo iudiciũ, verfic. 50. & Ant. Galeat. in consil. 110. nu. 27. tom. 1. consil. cum. in fol. & ibi num. 27. dicit, quòd similiter tollitur suspiciõnis iudiciũ, quando offensus plures habet inimicos, & ibi num. 29. dicit idè esse, quando post inimicitiam offensus recipit absolutionem, & sanctissimam Eucharistiam, idem tenet Burs. consilio 20. nu- mer. 19. vol. 1. & Rim. iun. consil. 88. nu. 16. vol. 1. vbi latè quæ tollant suspiciõnem inimicitia. Ego autem arbitror hoc verum non esse indistinctè, sed quòd sit consideranda quali- 117 tas personæ, & idèò relinquendũ esse arbitrio iudicis. *Bai.*

Adde, quòd Nat. in consil. 459. nu. 6. contrariũ tenuit, vbi ad sin. inimicitia capitalis, vel qd de maiori parte bonorum, & idem tenuit Gom. de del. in c. 13. num. 11. hic alleg. ita di- 118 stinguendo; & concordando opiniones, vt si inimicitia sit ma- xima, & ex graui causa producta, sit sufficiens iudicium ad tor- turam, si vero leui ex leui causa orta, tunc sola inimicitia non sufficiat ad torquendum: hoc èt tenet Gram. in decif. 33. n. 8. & quando inimicitia faciat iudicium ad torturam, vide etiam Mascard. de probat. conclu. 901. vol. 2. & Rimin. iun. cõf. 302. volum. 3. & quæ dicatur inimicitia capitalis, remittitur ar- bitrio iudicis, Menoch. de arbit. iud. casu 110. & materia ini- micitiæ, vide quæ postu. infr. in q. 24. ad verfic. Itè quero nõquid.

120 Item adde, quòd iudicium inimicitia, non est iudicium generale ad omnia delicta, sed ad ea tantum, quæ ad al- terius iniuriam perpetrantur, vt sunt homicidia, vulnera, verbera, & similia, non autem quo ad ea, quæ ad propriam commodum faciunt committuntur, vt est furtum, fal- sum, adulteriũ, & similia, Bart. in li. repeti. §. 1. ff. de quæst. & Gabriel. concl. lib. 7. concl. 18. vbi de hac quæstione, an inimicitia faciat iudicium ad torturam, & in consilio 422. num.

numer. 19. vol. 2. vbi dicit, quòd inimicus potest torqueri, quando quis est interfectus, & ignoratur a quo. *Bair.*

Aut queritur.] Vulpell. consil. 5. num. 2. & 4. Mascard. conclus. 98. Farin. vbi supra. num. 105. 106. & 107. *Rof.*

o Nisi ex causa graui, & capitali.] Adde idem per Rol. consil. 14. num. 21. vol. 4. vbi plenè. *Giach.*

Aut vero queritur.] Farin. dicta quæst. 49. num. 87. & sequ. *Rof.*

q Indiciũ ad torturam.] Adde, vt per Nat. consil. 42. ante num. 6. & per Olasc. decif. 79. col. 6. in fin. cum sit iudicium a remotis. Contrarium tamen voluit Nat. in hoc sibi parum constans, consil. 499. num. 6. vbi subiugit, quòd ad hoc vt faciat iudicium sufficiens ad tortu- ram, requiritur, quòd sit capitalis inimicitia, vel quæstio de maiori parte bonorum. Adde etiam Gram. dec. 33. n. 8. *Gi.*

r Non sufficiat.] Vin. vol. commun. opin. fol. 725. Gabr. de crim. concl. 18. de Theaur. de- cif. 24. lib. 7 in fin. & vi- de Farin. vbi sup. *Rof.*

¶ Vidi aliquos propter solã.] Adde, quòd tamè debet esse magna suspi- cio, de qua supra quæst. 20. verfic. Scias tñ. *Drog.*

¶ Confessio extraiudicialis in principio.] Adde in materia confessionis ex- traiudicialis infr. q. 55. in princ. Hac tamen confessio tanquam maleficio remota debet probari per duos testes non singulares, vt per Blanc. reper. l. fi. nu. 47. cum seqq. & num. 206. ff. de quæst. Aym. Crau. tract. de antiq. temp. par. 4. verfic. sed enim, numer. 25. clarè Marant. in suo Specul. par. 6. sub tit. & producunt confessiones, actu. 5. numer. 13. cum seq. inf. hac eadè q. verfic. pen. vbi dixi, infr. q. 64. verfic. debet igitur: Licet super hoc dubitare visus sit Crau. in consil. 244. sub numer. 8. Immo quòd vnus tantum testis faciat iudicium, tenuit in consil. 281. num. 2. in fin. verfic. secundo vltra confessionem: ibi tamen intelligit in teste omni exceptione maiori, vt ibidem sequitur verfic. sed præmissis. Quomodo autem, & quando noceat talis confessio, vide Bald. consil. 198. ad fin. volum. 1. Boer. in addit. ad Dyn. in reg. quòd semel lit. D. de reg. iur. in 6. Contrarium tamen ad fin. & ibi dixi, infra quæst. 22. vbi etiam dixi. *Drog.*

Confessio extraiudicialis.] Vide eundem Clarum latè in q. 55. Farin. vol. 4. q. 82. reg. 2. num. 23. & quòd non probet plenè reg. 1. num. 1. & 2. sed tantum ad torturam d. reg. 2. numer. 23. 27. & 28. vbi limitat. *Rof.*

Confessio extraiudicialis facit contra confitentem.] Adde 121 in materia confessionis extraiudicialis quæ requiruntur ad hoc, vt faciat iudiciũ, latè per Follet. in pract. crim. in 2. par. 3. part. in verfic. et si confitebuntur, & Carer. in pract. crim. in l. obseruare, nu. 121. vbi ampliat, & limitat; debet esse verifi- milis, vt puta quòd habeat causam præexistètem, in qui confi- stat honor, seu utilitas, vel aliud simile, vt inquit Alciat in l. fugitiuus, ff. de verb. signi. & licet Follet. in loco supra citato commemoret decem, & septè requisita, tamen verè quatuor tantummodo sunt, reliqua enim sunt cum ceteris coniecturæ, & indicij communia, vt considerauit Menoch. de præsum pt. lib. 1. q. 89. num. 215. vbi plenè tractat. quando confessio

extraiudicialis iudicium ad torturam faciat, de hoc etiam latè habetur per Mascard. in conclusio 350. vol. 2. & ista 122 confessio extraiudicialis non potest probari per vicinim tes- tem etiam tortũ, vt per Bertazz. consil. 549. num. 6. vol. 2. & quò probetur, latè per Mascard. de probat. conclusio 350. & Notario asserenti de con- 123 fessione extraiudiciali non creditur, Specul. in rit. de teste. §. restat.

Itè adde, quòd quemd modum confessio extra- iudicialis est sufficiens iudicium ad torturam, ita & pariformiter con- fessio extraiudicialis, & fortius iudicialis quere- lantium faciens pro reo prodest ad absolutionem, secundum Rom. in consil. 167. numero 7. & verficulo sexto satis; & Pau. Meren. in consil. 91. nu. 65. inter consil. crim. dicitur, tomo 2.

124 Item adde, quòd ista limitatio, quòd possit talis confessio reuocari, fuit Fely. in d. c. at si cleric. vbi dicit quòd talis confessio non facit iudicium ad torturam, quo- ties ante ceptum iudiciũ reus eam reuocauerit, & Dec. in libr. magistrati- bus, ff. de iurid. omni. iudic. dictam limitatio- nem non impugnari, sed de hoc vi. Blancus, de indic. numerum 209. vbi plenè hanc quõnem tractauit tenens, quòd 325 etiam quando possit reuoca- ri, quòd debeat probari de errore; sed Gomez. de delict. in cap. 13. sub numero 8. expresse tenet, quòd non possit reuocari affirmando contrariam opinionem esse falsam. Ego autem credo, quòd semper possit reuocari docto de errore, quia etiam confessio iudicialis, si constat de errore, reuocari poterit. Boss. in ti. de confession. numero 60. & vbi D. Clar. hic dicit, quòd si sola reuocatio hoc operaretur, nunquam esset locus communi conclusioni; propter hoc etiam deuenitur ad torturam, quia reuocata confessio, nam si non reuocatur, non opus esset tortura, non est bonũ argumentum, quia Fely. non loquitur de reuocatione facta in iudicio, sed de reuoca- tione facta ante ceptum iudicium, & sic posset habere locum communis conclusio, etiam quòd limitatio esset vera, quando confessio extraiudicialis fuisset reuocata non ante, sed post iudicium inceptum.

Item adde, quòd huiusmodi confessio extraiudicialis facit iudicium ad torturam, etiam quòd sit facta à minore, dum- 126 modo sit teius ætatis, vt torqueri possit, Gomez. de delict. capitul. 13. sub numero 8.

127 Item adde, quòd confessio extraiudicialis facit iudicium, siue facta fuerit præsentè, siue absente parte, Gomez. de delict. capitul. 13. sub numero 8. & Bald. in lege quoniam intelligitur, ff. de his qui not. infam. Ang. in leg. 1. C. de con- fess. & Fely. in cap. olim, de rescript. quòd tamen fallit, si agi- tur de crimine ciuilitè, quia tunc confessio extraiudicia- 128 lis parte præsentè plenè probat, & præiudicat. Abb. in c. quam sit, de excess. prælat. & in d. c. olim der escript. vbi etiam Fely. numero. 5. Salic. in leg. si. col. 5. C. de quæstione & Imol. in can. at si cleric. de indic. vbi reprobatur Anton. de Burrio contrarium tenentem, & ad hanc quæstionem vide omnino Mascard. consilio. 349.